



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

179. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

sancto proposito permaneant. Et si in prædicto anno & die pro illis se proclamaverint, petitioni eorum assensus præbeatur; nisi fortè Dei timore tacti, cum eorum licentia in religionis habitu perseverent.

De eadem re. *Ex eodem Concilio.*

CLXXIX. Viduæ quæ spontanea voluntate ab altari sacrae conversationis velamen suscipiunt, decrevit sancta synodus in eodem proposito eas permanere. Non enim fas esse decernimus ut postquam se Domino semel sub velo consecraverint, & inter velatas oblationes fecerint, iterum eis concedi Spiritui sancto mentiri.

Concil. Tribur. c. 25.  
Burchard. lib. 8. c. 35.

*Zacharias Papa cap. VII.*

Virginem aut viduam, nisi is qui desponsatam habuerit, nullus audeat furari in uxorem. Si quis hoc temerario ausu præsumpserit, anathema sit. [*Caput istud non extat in codice Parisensi.*]

Burchard. lib. 9. c. 13.

Item de sanctimonialibus. *Ex eodem Concilio.*

CLXXX. Sanctimonialis si pro lucro animæ suæ cum licentia Abbatissæ suæ ad aliud monasterium pergere disposuerit ibidemque commanere, decrevit synodus concedi. Si vero fuga disciplinæ alium locum quærit, redire cogatur.

De concubinis. *Ex epistola Leonis Papæ.*

CLXXXI. Non omnis mulier viro con-

Decreta Leon. l. c. 18. & 19.